



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

Qualis esse debeat hoc Sacrame[n]tum su[m]pturus. c. 15. & 16.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

*Qualis esse debet hoc sacramen-  
tum sūpturus. Cap 15 & 16*

**P**lures sunt circumstantia, quae  
in suscipiente Eucharistiā re-  
quiruntur, quas hæc duo sup-  
posita carmina docent.

Lotus, discretus, sanus, iei-  
nus, & aptus,  
Contritus, fassus, mundus re-  
ctèque paratus.

"Lotus, id est: Baptizatus. \*Discre-  
tus ille est, qui rationis iudicio  
prædictus est, ut puer decimum vel  
duodecimum annum agens, pro-  
ut Alensis 4. par. q. 49. in. 1.  
Palud .4. dist. 9. q. 4. Sylu. ver-  
bo Eucharistia. q. 3. monent. an-  
te quod tamen tempus, obligat  
præceptum confessionis. Amen-  
tibus autem à nativitate danda  
non est, neque phreneticis, nisi  
ante phrenesim contriti fuerint,  
& confessi, ac communionem po-

stulauerint, & nulla irreuerentia  
timeatur erga Eucharistiam. " Sa-  
nus, oportet enim ut saltem sto-  
macho benè valeat, ne euouomat  
\* Ieiunus i. ieiunio naturali à me-  
dia nocte, nisi si mors expectetur:  
eui ieiunio non repugnat quod-  
quis dum os abluit modicum a-  
qua per modum saliuæ degluriat,  
vel micas aut alias huiusmodi ci-  
bi particulas quæ inter dentes ma-  
nere solent. \* Aptus, hoc est, non  
impeditus interdicto, seu excom-  
municatione. \* Contritus, hoc est,  
existimet se esse sine peccato le-  
thali. Corfessus, quia cōtritio non  
sufficit existentibus in mortali, ni-  
si cum non est copia confessarii:  
vel in necessitate, aut mortis, aut  
officii diuini exequendi, ut inter-  
dum in parocho, aut infamię quā  
quis incurreret si non communi-  
caret, & maximè si tunc tenere-  
tur ex præcepto aliquo ad com-  
municandum, aut scandali siue

B b ij

alterius similis incommodi, vt  
Sacerdos iam existens in altari re-  
cordetur alicuius peccati mor-  
talis. Mundus, id est non pollutus  
mortali culpā, quamvis nec tunc  
quidem si præcedat confessio,  
communicando alio modo quis  
peccet, quām venialiter. Quod si  
pollutio sine culpa aut sola veni-  
ali contigisset, et si melius esset ab-  
stinere, nisi peculiaris quādam es-  
set ratio eo die communicandi, n  
si dies esset præcepti, vel ad hoc  
esset peculiaris deuotio, vel quid  
simile. nullum tamen esset pecca-  
tum communicare. Recteque p  
ratus; fide videlicet, & examini  
iudicio, amore. & reverentia: si  
Sacerdos sit vt habeat stolam  
Quod si capite damnati, omnes su-  
periores dispositiones habeant illa  
etiam Eucharistia est danda, n  
anti qui canones tradunt.